Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31255
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

·Distinctio·

dicentes hoc sibi licere de con-
suetudine visitata. Carnes quoque
sibi postulant certis diebus
vel temporibus ministrari. ¶ In-
iungitur abbatibus ordinis
universi ut in hiis et aliis sta-
tuta capitularia faciant observa-
ri. transgressores per amonitiones
aliquas officiis vel aliis ut me-
ruerint puniendo. ¶ Abbates
ordinis qui contra statuta capitu-
laria monachis vel conversis por-
tiones panis et vini in infirma-
toriis et refectoriis cotidie
distribuunt et assignant ultra
penas in ipsis statutis capitu-
lis contentas. excommunicationis sententiam
incurrunt ipso facto auctoritate capituli
generalis. ¶ Statuta capituli generalis
postquam fuerint edita et in publi-
co promulgata ligant adeo quod nisi
in sequenti capitulo expresse revoca-
ta fuerint censentur tacite con-
firmata. // Abbatibus prioribus
superioribus ordinis precipitur
ut libellum diffinitionum editum anno
·xvi°· una cum presenti habeant
et observent ac legi faciant
omni excusatione semota prout
in dicto libello distinctione vii.

capitulo iiii. et in fine dicti libelli
in decreto plenius continetur
et hoc faciant sub penis ibidem
contentis. ¶ Patribus abbatibus
et commissariis ordinis universi in-
iungitur ut diffinitiones anni
cuiuslibet generales et speciales
illis quos tangunt et per quibus
fuerint edite per se vel per alium pre-
sentare studeant singulis grada-
tim in monasteriis sibi subditis
vel commissis et in eorum capitulo
publicare infra competentem
terminum. citra annum ordinacionis
ipsarum. In quibus autem abbas si presens
fuerit. alioquin prior et can-
tor ut earum copiam accipiat
sibique retineant et observent.
Alioquin tam tradere copiam
quam recipere suis superioribus nesci-
entes. tribus diebus uno
eorum in pane et aqua faciant
levem culpam. quam donec
fecerint vel diffinitiones ipsas ha-
buerint. gradum altaris ascen-
dere non presumant. // Inhi-
betur omnibus abbatibus sub
pena excommunicationis late sententie
ut convocationes abbatum faciant
statuta condere vel certas penas